

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,
DOMINO FRIDERICO,
DUCE ET PRINCIPE
HEREDITARIO MECKLENBURGICO,
PRINCIPE VANDALORUM, SVERINI AC RACEBURGI,
COMITE SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHII
ATQV STARGARDIAE DOMINO,
PRINCIPE AC DOMINO
NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO.

CONSPECTVS
PRAELECTIONVM
PVBLCARVM ET PRIVATARVM,
QVIBVS
IN ACADEMIA VARNO-BALTHICA,
SINGVL
DOMINI PROFESSORES
POST PASCHALES FERIAS,
D. C. J. O C C V P A B V N T V R
PVBLCATVS
AB
ACADEM. P. T. PRO-RECTORE
HERMANNO BECKER,
LL. DOCT. ET INSTIT. P. P. O. SENAT.
ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.



FACULTAS THEOLOGICA.

IOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN, D. et Fac. Theol. Senior, expeditis iusto, quod confidit, tempore, paelectionibus Dogmaticis, Moralibus, Exegeticis, quibus etiamnunc distinetur; auspiciis diuinis, recitationibus Biblicis, Dogmaticis, Polemicis et Symbolicis operam nauabit, iisque horas, quas consuevit, tribuet antemeridianas. Adiunget, si vi- sum fuerit, exercitia disputatoria, nec non examinatoria. Pro- speret Altissimus destinata!

IOANN. HENRICVS BECKER, D. quas, pro explendis officii partibus, paelectiones, proxime instituendas, sigillatim, et cum praestandi fiducia promittat, concussae valetudinis du- riore fato adhuc pressus, non inuenit. Quare, donec medentes rebus suis manus adulterit, si adferre decreuit, praepotens in coelis numen, nomen duntaxat suum hoc loco profitetur, pro- namque Theologiae cultoribus, in studio sacro usibus ipsorum, si per se staret, inseruendi voluntatem significat; reliqua futu- raque Deo committens.

PETRVS SASSE, Philos. ac Theol. D. huiusque P. P. O- nec non Consistorii Ducalis Consiliarius, per instans semestre lectiones habebit 1) Critico-isagogicas in libros biblicos Vet. Te- stamenti: 2) Philologico-accentuatorias, quibus genium linguae ebraicae, et doctrinam de accentibus succincte euoluet: 3) Phi- logogico-exegeticas in epistolam Pauli ad Colossenses. Et 4) publice recitabit Historiam Ecclesiasticam Nov. Testamenti. De singulis, tempore solito, mensem suam exponet pluribus; nec deerit iis, qui exercitiis disputatoriis semet exercere cupiunt.

D. JOACHIM HARTMANN, C.D.C. P. P. O. S. M. Deo clementissime auxilium ferente intra anni spatium absol- venda paelecturus est Collegia sequentia.

1) **COLLEGIVM THETICVM**, in quo, secundum me- ditata propria, integrum pertractatur est Theologiam Dogma- ticam.

*ticam, praemissa, singulis Locis, Dictorum Clafficorum; ex quibus de-
inde demonstrationes deducenda sunt, exegesi brevissima.*

2) *COLLEGIVM BIBLICVM* ad beati vel **G RUENEN-**
B ERGII vel **AEPINI** Tabulas *Oeconomicas*, in quo singulorum
Librorum Biblicorum tractationi, praemissis iis, quae ad *histori-*
cas circumstantias pertinent, in majorem Auditorum utilitatem,
difficiliorum locorum additus est explicationem.

3) *COLLEGIVM EXAMINATORIVM THEOLO-*
GICVM, secundum ordinem, quem tenuit **B. FECHTIVS** in
Compendio Vniversam Theologiam Theticam et Polemicam complexo.

4) *COLLEGIVM DISPUTATORIVM Theologicum*,
cui quidem duo cuiusvis hebdomadis destinavit dies, in quibus
per duplicitis horae spatium, disputatione in Auditorio publico
majori instituta, ventilandas, ex *Theologia Dogmatica et Polemica*,
Theses Auditoribus suis suppeditabit, atque utrumque, et hoc
Disputatorium et illud Examinatorium, Collegium publice et gratis
habendum constituit.

BERNH. FRIDER. QVISTORP, D. priuatim hora VIII-
IX Collegium *Theologiae Moralis*, hora IX-X Collegium *theolo-*
gico-examinatorium, et hora X-XI Collegium *thetico-polemicum in*
Prolegomena, P. I. et II. Theologiae ad Compendii b. Fechtii du-
*ctum habebit: publice autem recitat hora III IV Collegium *the-**
tico polemicum in P. III. Theologiae, praeeunte eodem Fechtio. Con-
tinuabit praeterea scholas suas priuatissimas, nec operam suam,
si in philosophicis forsitan desiderata fuerit, vlli utrumque dene-
gabit. Faxit Deus, ut omnia succedant feliciter!

D. BERNH. HENR. ROENNB ERG, Prof. et Confist.
Duc. Consil. quæ suarum sunt partium, in se desiderari non pa-
tetur, munere a Principe Serenissimo, Deo annuente, sibi de-
mandato pro virili defuncturus. Scholas igitur academicas,
tum prælectionibus

- I. *Theologiae Dogmaticæ, præeunte immortalis nominis*
Fechtio, et
- II. *Theologiae moralis secundum Ioan. Andr. Schmidii Com-*
pend. Theol. moral. tum

**III. brevi Epistolarum Paulinarum, adiectis notis philologicis
et criticis, Exegeſi**
aperiet, nec in studio hebraico, philosophico et mathematico
iis, qui sua uti opera decreverunt, Deo dante vires, unquam de-
futurum esse promittit. Summum faxit Numen, ut omnia in
ſui nominis gloriam cedant feliciter.

FACULTAS IVRIDICA.

D. ERN. JO. FRID. Mangel, SEREN. DUC. REGN.
Consil. & Pandect. Professor, per annum, a festo paſchali, cur-
rentem, DEO volente, exponet fideliter, *Inſtitutiones*, bis, et Pan-
dectas ſemel. Docebit pariter *Jus Feudale Langob. Teutonico-Meckl.*
et *Jus Germanicum* nova methodo concinnatum. *Hiftoriam* uti-
liorem Regnorum Europæorum, maxime Germaniæ et patriam,
tradet. *Disputationes inaugurales* et alias, *antemeridianas*, ex cathe-
dra distribuet. Ex *postmeridianis* fiet, uti, anno elapſo, sextus,
nunc septimus Selectorum fasciculus. Intra parietes *domesticos*
ad theſes, sub rubro: *Itinera galeata, per Pandectas*, dabit dispu-
toria et ad loquendum, ubi videmur, præparantia amica exercitia.

Hæc ferio præſtabit et bonis conditionibus, neutiquam ardens
illos, qui, ad ſola bona verba, cupiunt eſſe participes. Publice
autem, in gratiam utriusque fori Dnn. Studiosorum, docebit *Jus*
Canonico - Pontificium atque Ecclesiasticum Protestantium, per æſta-
tem nempe; *Hyemale publicum* significabit, ſuo tempore, ex tabula.

Si qui dantur iterum Domini Commilitones, *Collegium Prati-
cum* ambientes, eodem, quod hactenus aliis fuit impertitum,
fruentur ſtudio.

HERMANNVS BECKER, LL. D. et Instit. P. P. O. Senat.
continuabit collegium institutionale ad duætum Illuſtr. Heinec-
cii in element. iur. civil. ſecundum ordinem instit., ſicuti et
præelectiones conſuetas pandectales in compendium Schaum-
burgianum. Praeterea per instans ſemestre aestiuum offert com-
militonibus manuductiōnem ad iuriſprudentiam et publicam
et criminalem, quem in finem expositionem compendii, intuitu
primaे

primae, Schmaufiani, et secundae, Böhmeriani promittit. Post festum Michaelis autem horas hisce scientiis hactenus destinatas dicabit iurisprudentiae ecclesiasticae, et forsitan quoque feudali, aut loco illius, collegio examinatorio.

JO. NIC. PELE, D. Cod. Prof. Duc. et Consist. Conf. morbo et aduersa valetudine hactenus impeditus, restituta per clemenciam summi numinis sanitate, officio suo in exponendis iurisprudentiae partibus sedulo fungi numquam intermittet.

JACOBUS HENRICUS BALEKE, Cod. P.P.O. Sen.
Hora VII-VIII. exponet J. Feudale praeunte Jac. Gabr. Wolfio.
Hora VIII-IX. redauspicabitur Institutiones J. Civ. duce B.
Heineccio.
Horis XI-XII. et III-IV. docebit Pandectas ad doctrinam B.
Boehmeri in Introd. in Jus Digest.
Neque illis deerit, qui desiderant exercitium disputatorium.

FACULTAS MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facult. Med.
Senior, publice methodum præscribendi Formulas Medicas tradet. Privatim perget in explicandis fundamentis Semeiologiae medicæ B. Parentis; hisque finitis, JUNCKERI Therapiam generalem interpretabitur, et huc facientia potiora medicamenta insimul exhibebit; in aliis quoque artis salutaris partibus desideriis Auditorum suorum velificaturus.

GUST. CHRIST. HANDTWIG, Dr. *Phytiologiam* et *Materiam Medicam Artis sua Amasiis per aestatem tradet, nec iis unquam deerit, qui et aliarum artis medicae partium explicaciones desiderabunt.*

JOH BERNH. QVISTORP, Med. Doct. Prof. Publ. per aestatem præelectiones botanologicas et plantarum demonstrationes, una cum solida earum applicatione ad praxin medicam confiderabit. Privatim cuicunque singularem industriam, ex quolibet Medicinæ fonte, pollicetur.

FACVLTAS PHILOSOPHICA.

M. PETRVS BECKER, Math. P. P. O. et totius Academiae Senior, Past. Jacob. et R. Minist. Director, senio confectus, et b. *αράλυτην* expectans, precibus ad Deum directis, consiliisque Academiae res juuare, quamdiu in viuis erit, non desistet; laboribus autem, et praelectionibus ut vacet, vires labascentes omnino renuunt. Nec desunt Viri praestantissimi, apud Dnn. Studiosos mathematophilos locum suum abunde, et cum adplausu, explentes.

M. JAC. CHRISTOPH. WOLFF, Græc. Litt. Prof. Publ. Ord. et ad Div. Mariæ Virginis Archidiaconus, Licet ob varia impedimenta ex officio ecclesiastico sibi hinc inde emergentia, tantum studii et temporis, quantum olim licuit, et adhuc licitum esse optat, prælectionibus academicis, in usum Clariss. Dnn. Commilitonum impendere; hincque certi quid promittere haud valeat, nihilo tamen minus unicuique operam et manuduictio- nem suam exposcenti omnem, quam potest, pollicetur promptitudinem, ad studia sua promovenda et quævis alia officiorum genera præstanda nullo non tempore paratus.

PETRVS CHRISTIANVS Kämpfer, SS. Theol. Doctor, Metaphys. Professor Publ. Ord. et ad aedem Mariae Ecclesiastes,

I. In usum Theologiae cultorum publice explicabit B. DN. FRANC. ALB. AEPINI *Compendium Metaphysicae, ad Theologiam applicatae.* II. Aperiet Collegium Hebraicum *Lectorio-Accentuatorium* in palmaria quaedam V.T. loca. III. Exhibebit *Historiam Philosophicam* præeunte D N. IACOBO BRUCKERO in den ersten Anfangs-Gründen der Philosophischen Geschichte. IV. Instituet *Lectiones Exegetico Homileticas.* V. Nec iis deerit, qui in lingua latina stilo cultiori operam nauare cupiunt.

IOANN. LVDOV. Engel, Logic. Prof. duc. ord., *Lectiones logicas*, easque publice instituendas, offert. Artis quoque oratoriae præcepta enucleabit, rationem in primis habiturus vernaculae

culae nostrae: Quod institutum juvabit F R ANDR. Hallbauers Anweisung zur verbesserten teutschen Oratorie. Praeeunte vero J. G. HEINECIO in Fundamentis stili cultioris, docebit item genuinam linguam veterum Romanorum. Diebus Mercurii et Saturni hora quaedam pomeridiana destinata erit lectionibus atque exercitiis disputatoriis.

PAULUS THEODORUS CARPOV, Phil. et Medic Dr. Linguar. Orientis et C. C. Ducalis Prof. P. O., ad nutum nobilissimorum Auditorum se accommodatus, *Fundamenta Lingue Sæ* docebit, *methodo tam sic dicta mathematica*, quam recepta ac *vulgaris*; Auctorum quoque explicandorum, v. g. KOCHII, DANZII, MICHAELIS, caet. optionem permittens iisdem lubenter.

Porro DANZII *Interpretem Hebraeum* illustrabit, augebit, emendabit. Perget etiam, commentari de *Rebus ad Statum pertinentibus Hebraeorum*, *Ecclesiasticum*, *Politicum*, *Oeconomicum*, ad illustranda varia Scriptorum Sacrorum et aliorum loca. *Privatum* denique ut et *privatissimam Institutionem*, in Lingvis, *Hebreæ*, *Rabbinica*, *Hebreo Teutonica* (Jüdisch-Teutsch), *Chaldaica*, *Syriaca*, *Arabica*, *Turcica*, indulgente Numine summo, et depositentibus Dnis Commilitonibus, continuabit sedulus.

IOACH. HENR. PRIES, S. S. Theol. et Philos. D., Philos. Praet. P. P. O., et ad ædem D. Johann. Pastor, Hora X-XI in tradenda *Philosophia morali*, nec non Horis XI XII et V-VI vespert. in *Theologia Dogmatica* secundum b. Fechtii Compendium sedulo perget. Præterea *Theologiam naturalem* et *lectiones historico-criticas* in N. T. Dnis Commilitonibus offert. Nec iis deerit, qui in Collegiis examinatoris et disputatoriis suam desiderabunt operam.

ANGELIVS JO. DAN. AEPINVVS, P. P. perfuturum se mestre docebit *Metaphysicam* et *Ethicam*, et utramque quidem scientiam traditus *Celeberr. BAVMGARTENII* compendia explicabit. Praeterea ad nutum clariss. Commilitonum vel *aesthetican* vel *oratoriam* publicis lectionibus explanabit, quoisque facturni die *disputationes privatas* instituet. Et si virium temporis que

Que rationes ferent, in publica Bibliotheca Academica, quod superiori anno fecit, quandam historiae litterariae partem illustrabit; quos labores singulos Deus bene vertere iubeat!

J. C. ESCHENBACH, Prof. Philos. per instans semestre aestivum proponere intendit

Hora VII - VIII. *Jus Naturae Sociale et Gentium*, secundum III. Darjefii Institutiones Jurisprudentiae Universalis.

Hora VIII - IX. *Logicam* secundum b. Corvini Institutiones Philosophiae Rationalis.

Hora IX - X. *Metaphysicam*, secundum Baumeisteri Institutiones Metaphysicas.

Hora XI - XII. *Philosophiam Moralem* secundum III. Darjefii Erste Gründe der Philosophischen Sittenlehre.

Publice Exercitium Disputatorium instituet in theses ex Jure Naturali et Metaphysica desumptas; horas ei dicatas ex tabula indicabit publica.

* * *

JO. ERDMANNVS SCHREIBER, Linguarum occidentium Lector Ducalis publ. vt clementissime sibi demandato muneri satisfaciat per semestre hibernum iis, quibus institutione sua frui placuit, praesto fuit, vt binis per quatuor dies hebdomadis horis partim rudimenta linguae gallicae traderet, partim auctorem libelli: *les Voyages de Cyrus* explicaret: per instans semestre aestivum easdem lectiones hac quidem vice eadem ratione publicis horis continuabit; si tamen sint, qui vel Anglico, vel Toscano idiomi operam suam nauare malint, modo affatim librorum utriusque idiomatis adfuerit, eorum desideriis obuiam ibit.



Sunt praeterea alii linguarum exoticarum, nec non exercitorum corporis magistri callentissimi, qui operam suam desiderantibus lubentes inservient.

P. P.

D. XVI. APRILIS, A. O. R. MDCCLIII.